

# De atheismo Iordano Bruno Nolano impacto dissertatio

Autor(en): **Zimmermann, J.**

Objektyp: **Article**

Zeitschrift: **Museum Helveticum ad juvandas literas in publicos usus apertum**

Band (Jahr): - **(1750)**

Heft 20

PDF erstellt am: **13.09.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-394684>

## **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

## **Haftungsausschluss**

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

De

Atheismo JORDANO BRUNO Nolano  
 impacto

Disfertatio

Auctore J. ZIMMERMANNO.

Sect. I.

**P**lures effluxerunt anni, ex quo *Conradus Zieglerus* Schafhusanus, Vir non magis nobilitate generis, quam eruditione & pietate excellens, jam vero Cœlitum choro adscriptus, *Jordani Bruni* opuscula mihi legenda transmisit. Ea non sine attentione perlegi. Animus enim tum temporis mihi erat specimen exhibere Disquisitionum quas meditabar de Viris Eruditis vere vel falso Atheismi suspectis. Nata est ex hac lectione *Bruni* opusculorum Disfertatio satis prolixa, in qua contra Celeberrimum *la Croze τὸν vñv ἐν Ἀγί-οις*, infelicis illius Itali causam peroravi, eamque *Celeb. Lenfant*, cum quo tum temporis mihi intercessit familiare Litterarum commercium, transmissi Berolinum, eo fine, ut locum aliquem illi concederet in Bibliotheca Germanica Gallice scripta; factum autem est, nescio quo fato, ut qualiscunque labor meus interciderit, neque inter libellos *Cl. Lenfant*, qui interea temporis decefferat, transmissa Disfertatio fuerit reperta. Cumque præter laceras quasdam Schedulas servassem nihil, & post mortem Nobilissimi *Ziegleri*, libelli *Bruni* una cum aliis hastæ publicæ fuissent subjecti, spem nullam

nullam habere potui, libellos hos denuo potiundi & examinandi. Hoc unum me solabatur, quod ex Actis Philosophicis perspexerim, Celeb. *Heumannum* horum Actorum Auctorem contra iteratam Celeb. *Crozii* accusationem strenue causam *Bruni* egisse. Cum autem pro Instituto meo in eo essem, ut quo jure quidam litterati Italiae Viri, gravissimi Erroris, Atheismi nempe, postulantur, examinarem; rogavi per litteras amicissimum *Hurterum*, Professore in Gymnasio Schafhusano *doctissimum* mihi que amicissimum, ut mihi significet, quem tandem possessorem nacti sint *J. Brunii libelli*. Ex eo autem non sine gaudio percepi, præcipuos in suas incidisse manus, quos postea denuo legendos mihi communicavit. Quanquam autem Celeb. *Heumannus*, pro ea, qua floret, insigni Eruditionis copia, docte causam *Bruni* egerit, existimavi tamen, me etiam huic Argumento lucem aliquam accendere posse. Antequam vero ad rem ipsam progrediar duo monenda sunt. *Prius* est: obscurissima esse Scripta hujus Itali, sive ligata, sive prosa Oratione exarata, unde nonnisi conjectando sæpe de verborum sensu judicari potest. Quod ipsum efficere debet, ut ubi dubia est Lux, in meliorem potius, quam pejorem partem ipsius dicta interpretemur; *Posterius*: nos in hac Disquisitione minime negare, *Brunum* gravibus Erroribus obnoxium fuisse; sed hoc unum duntaxat disquirere, utrum satis solidis Argumentis *Atheismi*, in specie *Spinosismi* convinci possit. Cæterum, quæ de vita, fatis, scriptis, ingenio & Philosophandi methodo infelicis hujus Itali cognosci possunt, collegit Vir *Celeberrimus*, mihi que *Amicissimus* *J. J. Brukerus* Tomo ultimo *Historiæ Criticæ*

*Critica Philosophiæ*, quem consulere debent Lectores.

II.

Servabo autem in hac Disfertatione hunc Ordinem, ut primo singulos libros *Bruni*, qui ad manus fuerant, percurrendo, ea, quæ ad eum defendendum facere possunt, adferam, [2.] objectiones Cl. *la Croze* tam in singulari libello, quam in Epistola *Actis Philosoph.* inserta, contentas, proferam [3.] tandem, quid post Cl. *Heumannum* ad eas responderi possit, ostendam.

III.

Liber primus inter opuscula *Bruni* agit de *Minimi Existentia*. Incipit autem sic *Brunus*.

*Ut mens naturæ subjectis insita rebus  
Momentis graduanda suis depromit & aptis  
Ordinibus conflans numeris discriminat alte  
Sic rationis opus, sic viva vis aciei  
Humani sensus partes, quibus applicant illis  
Mensuras quibus expendat præconcepit ipsis  
In foribus &c.*

In Commentario soluta oratione conscripto & metro adjecto, explicat quid per Naturam rebus insitam intelligat, quod quia ad quæstionem, utrum *Spinozæ* Sententiam foverit elucidandam multum confert, Lectori ob oculos ponendum. Sic autem sonat: *Mens super omnia Deus est. Mens insita omnibus Natura. Mens omnia pervadens Ratio. Deus dicitur & ordinat: Natura exequitur atque facit. Ratio contemplatur ac discurrit. Deus est Monas omnium numerorum fons, simplicitas omnis magnitudinis & compositionis substantia & excellentia, super omne momentum innumerabile, immensum. Natura est nume-*

*rus numerabilis, magnitudo mensurabilis, momentum attingibile; Ratio est numerus numerans, magnitudo mensurans, momentum æstimans. Influit Deus per naturam in rationem. Ratio attollitur per naturam in Deum. Deus est amor, efficiens, claritas, lux. Natura est amabile, objectum, ignis & ardor. Ratio est amans, subjectum quoddam, quod a natura accenditur, & a Deo illustratur.*

Attendendum hic sollicite ad Definitiones a Bruno suppeditatas. Spinoza, ut notum est, unicam admisit substantiam, duobus adtributis, extensione & cogitatione constantem. Hæc substantia non solum per se, id est, necessitate naturæ existit; sed & comprehendit omne, quicquid existit. Distinguit autem *Brunus* clarissime Deum a natura, naturam a ratione. Deum more *Pythagoræ* recepto vocat *Monadem*, eamque simplicem & omnis compositionis expertem esse, perhibet. *Naturæ*, mensurabilitatem & magnitudinem tribuit. Influire dicitur *Deus* per naturam in rationem: naturam ergo distinguit a Deo & a ratione. In eodem *Commentario* pag. 8. [quod in transitu notandum] Sententiam profert, quæ postea a *Cartesio* arrepta vehementerque fuit exagitata, nimirum de dubitatione *Philosopho*, in examine omnium rerum, adhibenda. *Qui philosophari concupiscit, [inquit] Brunus, de omnibus principio dubitans non prius de altera contradictionis parte definiat quam alterantes audierit & rationibus bene perspectis atque non ex auditu, fama, multitudine, longævitate, collatis titulis & ornatu: Sed de constanti, sibi atque rebus doctrinæ, vigore, sed de rationis lumine veritate inspicua judicet & definiat.* Contendit *Illustris Huëtius*

in *Censura Philosophiæ Cartesianæ* pag. 256. Edit. Paris. *Cartesium* pleraque sua *Ευρηματῶν*, physica præsertim, ex *Jordano B.* petiisse, de quo ego disputare nolo; quamvis si ingenium *Cartesii* perpendam, vix mihi persuadeam, obscurissima *Bruni* opuscula a *Cartesio* fuisse lecta. Hæc certe, quæ de dubitatione profert *Brunus* ita sunt comparata; ut a quolibet sine magno conatu excogitari possint, certe eodem jure quis contendat, *Cartesium* principium illud dubitationis ex *Paulo* sumsisse Apostolo, qui dixit; *omnia probate, quod bonum est retinete*; neque etiam statim, si scriptores cum antiquis conveniunt concludendum, ea modernos ex illis descripsisse. In his opusculis quædam occurrunt v. g. de substantiis ceu monadibus, earum inextinguibilitate, ut ita dicam, de optimo mundo, quæ ex asse conveniunt cum iis, quæ ab Illustrissimo *Leibnizio* sunt prolata, licet autem Illustris Vir multa legerit, non tamen eum sua principia ex *Bruno* hausisse, crediderim. Hæc ἐν παρόδῳ. pag. 9. ostendere vult *Brunus*, minimum esse substantiam rerum respectu numerorum, & atomorum respectu corporum. Deum esse monada, quia ab una illa substantia omnia proveniunt, ita autem loquitur:

*Minimum substantia rerum est,  
Atque id idem tandem opperies super omnia magnum.  
Hinc Monas, hinc Atomus totusque hinc undique fusus,  
Spiritus, in nulla consistens mole suisque  
Omnia constituens signis, essentia tota  
Si res inspicias hoc tandem est materiesque,  
Quandoquidem minimum sic integrat omnia, ut ipsum  
Ni substernatur reliquorum non fiet hilum*

*Esto*

*Esto nulla Monas numerorum non erit ullus  
 Namque ea constituit species, statuens genus omne.  
 Quocirca in cunctis primum est fundamen, ut unde  
 Et Deus & natura parens arsque explicat alte  
 Quod super omne genus perstat, quod & in  
 generi omni est.*

In Commentario ad hæc verba ita se explicat:  
 [si obscure loqui idem est ac explicare] *Minimum*  
*est substantia rerum, quatenus videlicet aliud a quan-*  
*titatis genere significat; corporearum vero magnitudinum,*  
*prout est quantitatis principium. Est, inquam, mate-*  
*ria, sive Elementum efficiens, finis, & totum, punc-*  
*tum in magnitudine unius & duarum dimensionum.*  
*Atomus privative in Corporibus quæ sunt primæ partes.*  
*Atomus negative in iisce, quæ sunt tota in toto atque*  
*singulis, ut in voce, anima & hujusmodi genus. Mo-*  
*nas rationaliter in numeris, essentialiter in omnibus. In-*  
*de maximum nihil est aliud, quam minimum. Tolle*  
*undique minimum, undique nihil erit. Aufer*  
*undique Monadem, nusquam erit numerus, nihil erit*  
*numerabile, nullus numerator. Hinc Optimus maxi-*  
*mus substantiarum substantia & Entitas, qua Entia*  
*sunt Monadis nomine celebratur. Apparet ex hisce*  
*Bruni verbis, quod, quemadmodum Monas est*  
*Principium numerorum & corporum, diverso li-*  
*cet respectu; ita Deus est Monas, singularissimo*  
*sensu; quia sine illo nihil existere potest.*

Argumentum Capitis III tii tale est: *Ex proxime*  
*dictis concluditur, mortem ad Corporum Substantiam*  
*non pertinere, multoque minus ad animam.*

Incipit autem ita:

*I nunc stulte minas mortis fatumque timeto  
 [non audita ferunt Samii Sacra verba Parentis]  
 Trepida ad voces stultorum, & somnia vulgi  
 Fatalem incutiant terrorem sis quasi vere  
 Compactum quiddam consistens partibus hisce.  
 An non ipsa fluens vario cum tempore raptim  
 Continuo mutata venit de partibus ultro  
 Adscitis noviter primis abeuntibus moles?  
 Numquid materies eadem tua corporis est nunc  
 Partibus ac toto qualis paulo adfuit ante?*

Et paucis interjectis:

- - " Sic ergo videbis

*Corpore te nusquam subjectum deteriolem  
 Quod primum in nullum recidit prius atque perenne est  
 Nunc ibi, tunc hic integrans ut nunc tua membra  
 Quæ moveas serie tibi quæ certas ministrent  
 Nā [velut in Phycis ample patefecimus] hinc est  
 Ortus vitæ, molisque adolescentia nostræ  
 Ut centri in magnum exglomerat se expansio gyrū  
 Conlectis Atomis circum undique Spiritus Archi-  
 tectus se infuso totum moderatur ad usque  
 Tempus, quo exactis numeris, vel stamine rupto  
 Corporis in centrum redimat se & inde per amplū  
 Recens se insinuet mundum; & hoc dicere mortē  
 Suevimus; ignotam in lucem quia pergimus, etsi  
 Persentire dat paucis quam vivere nostrum hoc  
 Sit periisse: mori hoc sit veræ adsurgere vitæ  
 Interdum &c.*

*Commentarium Brunii in hæc verba paulo ob-  
 scuriora adscribam necesse est. Ita autem sonant  
 pag. 3.*



Quum rerum substantia minime sit dissolubilis, mortem non esse timendam, sed transitum expectandum sensit Pythagoras? Ipsa quippe dissolutio quædam est quæ nonnisi composito advenit, quod nullum est substantia, sed adventitium: Alioqui substantiam per singula momenta mutaremus, quando effluxus & influxus a nostro corpore & in nostrum corpus est continuo; quare solum per individuum animæ substantiam sumus id quod sumus, quam circum veluti centrum quoddam ubique totum atomorum exglomeratio fit & agglomeratio, unde per nativitatem & adolescentiam Spiritus architector expanditur in hanc, qua consistimus molem & a corde diffunditur: in quod tandem veluti telæ istius stamina complicans sese recipiat, ut ex eadem per quam processerat viam intraveratque portam recedat demum & egrediatur. Nativitas ergo est expansio centri. Vita consistentia Sphæræ. Mors contractio in centrum. Post hæc addit:

Est & immortalitatis nostræ validissimum ex eo principio argumentum, quod individua, quæ ædificat, agglomerat exglomeratque ordinat, vivificat, movet, intexit, & ut mirabilis opifex tanto operi est præfecta substantia minime deterioris debet esse conditionis [accidens utpote quoddam Entelechia, Energia, Harmonia & contemperamentum ut omnium stupidissime definiunt Aristoteles & Galenus] quam corpora, quæ agglomerantur, ordinantur, moventur, & in illius usum adsumuntur hæc, quorum substantia est vere æterna. Denique addit:

Pro conditione, qua anima se gessit in uno corpore ad aliud sortiendum disponit, inquit Pythagoras, Sadechimi, Origenes & alii e Platonis. Itaque non est  
tanquam

*tanquam fortuita illa sedium mutatio, sic ut partium, ex quibus corporea moles compaginatur. Quæ propter aliæ per corpora humana discurrunt, aliæ in Heroum corpus adsumentur; aliæ vero in deteriora deturbantur. Hæc illi, qui æterna omnia quadam revolutione exagitata intelligunt præter unum. Hactenus Brunus.*

Ex hisce sequentes licet propositiones elicere (1.) corpus nostrum, si *Brunum* audias, constare conglomeratione Atomorum. (2.) quotidie illas fluere, nec tamen id, quod hominem efficit, tollere (3.) illas ipsas partes non interire. (4.) mentem esse substantiam plane a corpore alienam, (5.) cum illa, antequam corpori inseritur, conjunctam esse Atomum quandam, seu tenuissimum corpusculum (6.) per mentem substantiam illam posse extendi & vivere (7.) ubi agglomeratione cessat, mentem denuo cum sua, qua unita erat substantia subtili cedere, & evagari; non autem interire (8.) tandem hanc ipsam mentem, secundum *Pythagoram*, aliorumque Sententiam, in alia migrare corpora. Hæc certe sententia, quoad summam rei non aliena est ab ea, quam nostro Seculo Illustris *Leibnizius* defendit, contendens, substantias oriri saltem posse per creationem & extinguere per annihilationem; mentem cum tenui vehiculo esse conjunctam; operationem mentis in corpus efficere aliquam dilationem &c.

#### IV.

De hac ipsa Monade suprema, seu Deo ita sentit, ut ipsa nulli, cetera autem corpora perpetuæ mutationi obnoxia sint. Ita pag. 14. hujus libelli loquitur:

*Simpliciter tandem Monadum Monas una reperta est,  
 Quæ multum & magnum complectitur omneque in ista  
 Integranda means dans Entibus esse Deusque est,  
 Extans totum infinitum, verum, omne, Bonum, unum:  
 Quæque in composito, discreto, sensibilibusque  
 Consistunt & distractim dimensio conflat  
 Sunt aliud atque aliud mininorum corporum adusque  
 Quæ nusquam spatio se compatiuntur in uno  
 Heic ubi materies expansis fluctuat alis;  
 In vero, uno Ente Aviterno simplice eadem  
 Non statuunt numerum. Simplex, Ens, unum & idem.*

**Commentarius ad hæc verba ita sonat pag.**

**17.**

*Deus est Monadum Monas, nempe Entium Entitas: quapropter etiam vulgo philosophantibus Ens & unum non differunt: sicut ergo per Monadem omnia sunt unum, ita & per Monadem sunt, quando quod unum non est, nihil omnino est. In minima simplici Monade opposite omnia sunt idem, par & impar, multa & pauca, finita & infinita; Ideo quod minimum est, idem est maximum, & quicquid inter hæc ostenditur hoc primo in Deo qui idem dicitur esse ubique & nusquam, infra omnia fundans; super omnia gubernans, intra omnia non inclusus, extra omnia non exclusus; Omnia per excellentiam & comprehensionem; nihil per definitionem; principium omnia movens, suis omnia terminans. Medium necdens & discriminans omnia, centrum ubique. Intimum internorum. Extremum nusquam, quia metitur & concludit omnia, & qui in nullo, in se ipso, quia individuus & simplicitas ipsa sed & ipse.*

**Obscuriora hæc esse, quam Philosophiæ Professore decet, non nego. Hoc tamen ex versibus illis**

illis & Commentario colligi posse indubitato videtur, Deum Monadem primam esse substantiam simplicem mutationi plane nulli obnoxiam. Έν τῷ, indivisum quid, ut *Platonici & Pythagorici* loquuntur. Cætera ex Atomis constare perpetuo fluxui mutationique obnoxiiis; quæ certe ostendunt, *Brunum* existumasse, Deum prorsus ab omnibus rebus in oculos incurrentibus, esse plane distinctum. Pag. 65. non solum Dei Existentiam admittit, sed ex iis, quæ Revelatio de novo cælo tradit, assensum præbere videtur.

*As nos, inquit, [qui non in solo audito verbo explendi animi famem consuevimus pabulare, sed & ultra sensuum meliorum atque firmiter rationum panem exposcimus] habemus ubi Dei Insuperantis omnipotentisque naturæ virtutem possibilitatemque proprio actu non expoliatam contemplemur, admiremur & absque levium illorum somniorum suffragiis efferamus; nec non unde juxta sacrorum Vatum præfagia talem solem, lunam, astra, orbis atque motores in suum resoluta evanidura atque nihilum videamus: & clariore animo sensuque duce cælum novum [quod & idem ante dictorum cælorum secula antiquum] unum immensum spatium æthereum aspiciatur, eumque inque illo nova omnia.*

Pag. 73. animæ naturam divinam & simplicem esse denuo asserit, dicens:

*Ergo natura est animi divina reperta  
Quam non alteritas non passio conficit ulla.*

Et mox:

O o 3

Atqui

*Atqui naturam in specie meditando perenni.  
Unam cui conformari servareque temet  
Consimilem debeo consortem te esse Deorum  
Comperies vitæ: & dices substantia nostra hæc.*

In *Commentario* adjecto, gradationem aliquam substantiarum intelligentium idem admittit, statuendo; præter animam humanam, substantiam intelligentem terræ globo, aliam universo mundo seu Systemati Planetarum concessam; super has tamen superiorem tandem, seu potius supremam & omnium Rectricem existere; de hac ait p. 74.

*Suprema est animus animorum Deus, Spiritus unus omnia replens totus, ordinator supra & extra omnem ordinem ideo supra omnia magnificandus Deorum vocabus & encomiis, nulli Deorum, mundorum animorumve nominabilis effabilis, non comprehensibilis, a propria tantum unica simplicissimaque infinitate [non comprehensibilis inquam] exæquabilis pag. sq. ait, quædam proprie intrinsecaque natura æterna, immortalia, incomponibilia, indisolubilia, animæ, Dii, Deus.*

V.

Pergamus ad libellum de *Principiis mensuræ* pag. 133. in *Comment.* contendit, minima ad perfectionem totius facere & malum ipsum ad ornatum mundi, idque Deo ita disponente conferre. *Nihil, [inquit] in universo adeo exiguum, quod ad excimii Integritatem atque perfectionem non conducat. Nihil item malum est, quibusdam & alicubi, quod & quibusdam & alibi non sit bonum & optimum. Hinc ad universum respicienti nihil occurret turpe, malum, incongruum; neque enim varietas atque contrarietas efficit,*

ficat, quominus omnia sint optima, prout videlicet a natura gubernantur, quæ velut Phœniscus contrarias voces extremas atque medias ad unum omni [quam possumus imaginari] optimam Symphoniam dirigit, & perducit. Hæc ex asse conveniunt cum iis, quæ Leibnizius & Illustris Wolfii Sectatores tradunt: quanquam minime credam, ex eo petita esse hæc dogmata: multa loca veterum Platoniorum & Stoicorum adduci possent, in quibus similiter loquuntur. In Libello de *Monade, numero, & figura*. p. 101. videtur non solum Revelationem, sed & Creationem ex nihilo admittere. In similitudinem, [inquit] qua Deum dierum senario cælum, tellurem, & omnia, quæ apparent in eis creasse dixit Moses, præceptum ab eodem est, ut operi sex tantummodo dies destinarentur, sex annis seminarent, & omnino numerum hunc esse operis administrationisque agnoscant.

Pag. 151. ex contemplatione innumerorum operum Dei, mentem ad Deum ipsum, tanti operis causam laudandum, ascendere quasi adserit. Non levem, [inquit] ac fulem atqui gravissimam, perfectoque homine dignissimam contemplationis partem persequimur, ubi divinitatis naturæque splendorem, fusionem & communicationem non in Egypto, Syro, Græco, sive Romano individuo, non in cibo, potu, & ignobiliore quadam materia cum attonitorum Seculo perquirimus & inventum confingimus & somniamus: Sed in augusta omnipotentis regia, in immenso ætheris spatio, in infinita naturæ germine omnia fientis & omnia facientis potentia: unde tot astrorum, mundorum, inquam, magnorumque animantium & numinum uni altiprimo concinentium atque lætantium absque numero & sine juxta proprios fines ubique ac ordi-

nes contemplamur. Sic ex visibilium æterno immenso & innumerabili effectu sempiterna illa immensa potestas atque bonitas intellectu conspicitur proque sua dignitate inenarrabilium Deorum, mundorum, dico adfidentia, concinentia & gloriæ illius enarratione imo ad oculos expressa concione glorificatur, cui immenso mensum non quadrabit domicilium atque templum; ad cuius majestatis plenitudinem agnoscendam & percolendam numerabilium Ministrorum nullus esset ordo.

Nihil hic dicit, *Brunus* quam quod Moderni iique doctissimi Astronomi & Physici asserunt. Fatentur nimirum tot orbes habitabiles & circa soles suos hærentes terras immensam gloriam Numinis manifestare.

Pag. 185. plures esse mundos probare vult ex natura divinæ bonitatis, quæ non possit non sese ad possibilia quævis extendere; quemadmodum [inquit] bonum est mundum esse hic, & malum esset mundum non esse; haud aliter in simili spatio a similibus causis bonum est esse, & malum perpetuo non esse mundum. Si ergo mundus iste solus est, & non alius, quomodocunque nomen mundi tibi accipiat, bonum [ut supra quoque dictum est,] esset finitum, singulare & individuum, malum autem infinitum diffusissimum & universalissimum (2.) nullum neque ex parte efficientis, neque ex parte rei factæ, neque ex parte spatii, neque aliam fingere possim causam tanti boni esse impedimentum (3.) nullum otiosum & avarum potest ad bonorum effectum se communicare & diffundere, & sine causa non se diffundens potest esse bonum. Primo sicut non bonus, privative est malus, ita potens & impotens id ipsum positive & affirmative esset, idemque  
pro

*pro finito effectu finite bonus esset, efficiens pro infinitæ autem actionis repressione esset infinite malus.*

*Brunus* probare vult, dari innumerabiles mundos, atque hoc ex natura infinitæ Dei bonitatis se confirmaturum putat; in quo tamen fallitur. Argumentum enim ejus plus probaret quam probandum erat, adeoque nil probat. Ita enim nullos deberet inter mortales respectu benignitatis Dei dari gradus; Ita creaturæ omnes deberent esse ejusdem naturæ; Ita Deus non amplius cuiquam quicquam præstare posset, quæ omnia *ἀσυστά* plane sunt. Præterea addendum Deum omnia posse, quæ nullam involvunt contradictionem; at nulla talis est, si dicant, Deum alias series rerum contingentium producere posse, præter eas, quas existere deprehendimus; fieri autem hoc non posset, si bonitas eum quasi coëgisset omnia possibilia producendi. Sanctissima voluntas & sapientia & libertas a bonitate Dei non sunt separanda. Hoc unum, ad præsentem locum, quod adtinet, notamus, *Brunum* confiteri, nullum esse impedimentum in Deo, quo minus plures mundos condere possit. Ita non posset loqui *Spinozæ* antecessor aut discipulus. Ex mente enim *Spinozæ* omnia necessario ex natura Dei manant; quicquid factum est, seu potius per æternam quandam emanationem ex primo Ente derivatum necessario factum est. Idem tamen Argumentum prolixius tractat pag. 189. ad quæ, cum imprimis Cl. la *Croze* provocet, infra sollicitè examinabimus. Pag. 193. necessitatem, sed *moralem & hypotheticam* non *absolutam* in Deo concedit, simulque discrimen, quod inter nostram libertatem & Dei sua



opinionem intercedere putat, explanat. Verba ipsa, quamvis prolixiora necessario sunt adscribenda, quia aperte, mea opinione, Spinozæ Systemati opposita sunt. *Infinita*, [loquitur *Brunus*] *virtus*, si neque a se ipsa finitur, nec ab alio, tunc necessitate suæ naturæ agit: non agit necessitate naturæ alia a se & sua voluntate in eorum morem, quæ necessitati subsunt; sed ipsa est, ut sæpe dicimus, necessitas. Agit ergo necessitate, quæ neque ab intrinseco & per se, neque ab extrinseco & per aliud frustrari potest. Non primum, quia non potest esse aliud & aliud. Non secundo, quia ista necessitas reliquorum omnium lex est. Antevertens ergo naturam illam necessitatem & voluntatem & potentiam nihil esse potest, quominus procedat secundum totam potentiam, quæ est ipsa bonitas, aut nihil, quæ est infinita, aut non ipsius; quæ se diffundit infinite, aut non ab ipso. Nostra agendi libertas fertur & imperfecte & in imperfectum aliquoties obiectum: proindeque affectu atque rerum latentia undique turbatur: quod si intra turbatam voluntatem, atque cognoscitivæ potentiæ cursum absque ignorantia & aliis passionibus ageremus, duorum oppositorum operatio nostra perpetuo definita esset ad melius. Antequam enim operemur inter utramque viam hæremus & consultamus, incertique tandem & cum turbato desinimus adfectu. Deus ut natura, cum sit perfectissimus uno de duobus eoque convenientissimo modo, & quia non coactus agit, libere agit, & voluntas cum bonitate & bonitas cum necessitate concurrat. Idcirco cum in omni specie unum sit optimum unum necessario agit & non aliud, utque non potest esse nisi bonus, non potest aliter facere, quam facit. Quare necessitate naturæ bonum facit, atque melius atque unum & alterum oppositorum quod est deterius, neque ejus potentiæ, neque volum-

*voluntatis, neque necessitatis objectum poterit esse unquam vel subjectum; & paucis interjectis: Non melius ergo rite consideranti de hominis libertate sentiendum, qualis ea cunque sit aut unquam fuerit vel esse possit, quam de iis, quæ sub incertitudine versantur, vertiginisque casu æstuant: Non est ergo dignum, ut Deum ex hujusmodi generis libertate æque vel inæqualiter ad duo contradictoria volenda vel agenda velle vel agere posse referatur, id enim totum a contingenti ambiguoque & fluctuante inter contraria principia demanat; sed illius generis est libertas, quæ idem est ac ipsa necessitas, cui nihil superstat majus, cui nihil obfistit æquale, cui omnia in omnibus atque per omnia obsecundando subiiciuntur.*

Hinc velim notari, *Brunum* (1.) in Deo non indifferentiam agnoscere, quia nihil non ei cognitum sit. (2.) Eum velle optimum (3.) necessitatem in Deo nonnisi ad optimum volendum tendere (4.) voluntatem hominis, siquidem ea omnia perspiceret, quæ optima sunt, non futuram indifferentem, sed semper ad optimum eligendum latum iri, quæ ut ovum ovo familia esse videntur decretis *Leibnizianis*.

Notanda etiam verba, quæ extant p. 191. & sic sonant:

*Nempe ipsum fatum divina est ipsa voluntas.*

Pag. 253. denuo in eo est *Brunus*, ut ostendat, plures dari mundos eosque infinitos: rursus ratiocinatur

cinatur ex bonitate Dei, putatque, aliter *Manicheis* atque iis, qui malum contra Providentiam urgent, responderi non posse. Mox illi (Adversarium quendam intelligit) *concludendum fuisset*, post *specierum naturæ præcipuarum enumerationem*, quemadmodum mundus ex paucioribus male constaret & superaddita plura essent mundo supervacua, quod item species aliter efformata atque ordinata melius non haberent contra clamores *Momi*, *Gnosticorum* atque *Manicheorum*; quorum rationibus, tum auctoritatem divinorum adderem, quibus omnis creatura vanitas nihil & non Ens reputatur: Tum & rationem, quia nihil est finita bonitate bonum, quod non possit esse melius; quicquid posset esse melius habet aliquos mali deteriorisque gradus; quemadmodum quod non est simpliciter illustre, ab omnibus obscuritatis gradibus non est absolutum. Ideo perfectum simpliciter, & per se & absolute est unum, infinitum, quod & quo neque majus esse potest quicquam neque melius. Hoc est unum ubique totum, naturaque universalis: cuius perfecta imago & simulacrum nullum esse potest nisi infinitum, finitum ergo quodlibet est imperfectum; mundus quicumque sensibilis imperfectus est ut malum & bonum, materia & forma, lux & tenebræ, tristitia & gaudium concurrant & omnia ubique in alteratione sunt atque motu, quæ omnia in infinito in ratione unitatis, & veritatis, & bonitatis veniunt; quæ Universitas singularissimo jure dicitur. Et paulo infra: Modo ergo corporeo divinitas secunda explicata nusquam tota præterquam in infinito (omne enim corpus ita est dispersum, ut ubi unam partem habet

*aliam*

*aliam nullam habeat aut habere possit) in sua tantum universitate & ordinibus sub immensitatis ordinatione innumerabilibus: ubique principium, quod cum fine concurrit, nempe centrum, quod ad infinitum circumquaque & ad quod circumquaque referatur infinitum, hoc est, quod ab aeterno a divinitate procedit secundum esse totum, ut infinita bonitatis communicatio, actus effectusve divinae omnipotentiae externus; unica illius & minime multiplicabilis imago, illustre speculum, templum augustissimum, in quo illi concinentium Deorum laudes sine fine atque numero undique occurrunt neque turpissima infinitaque illa inanitatis voragine quasi terrefiat: & hoc in quo humanus non conquiesceret appetitus optime expleatur atque maximi voluntas illa.*

Ex hisce *Bruni* verbis patere videtur (1.) ipsum, Mundum infinitum pro effectu potentiae divinae habuisse; neque putasse, mundum & Deum unam absolvere substantiam; aut ex necessitate divinae naturae ortum mundum. (2.) Mundum esse infinitum, quia alias malum extaret & defectus bonitatis divinae. (3.) Malum non dari in infinito mundo, quia omnia in ratione unitatis, veritatis, & bonitatis, sunt pulchra. Quae denuo ad summam rerum quod spectat cum *Leibnizio* conspirant. Asserenti, mundum hunc tanquam optimum a Supremo Ente conditum; mala quae videntur ex Harmonia universorum, in qua nullus esse potest defectus, dijudicanda. Hinc idem *Brunus* p. 256.

*Nec quia naturae in gremio non optima quaeque  
Et sua monstra parit, species non una licebit*

*Arti-*

*Artificis corpus molimina tanta potentis  
Quicquid enim exiguum est imbecille inque mi-  
nutum*

*Totius incurrit compleendam ad nobilitatem:  
Numquid enim pictura tibi tunc optima fiet  
Quando aurum aut tyrius color optimus undique  
fulget?*

*Annon & furva e nebula micat optime? an ullus  
Esse gradus poterit, qui pro serie locoque  
Corpus ad integrum bonus haud sit & optimus ipse  
In fine ac toto.*

Pag. 258. idem repetit dicendo; *Nihil est absolute imperfectum malum; sed ad aliquid tantum.* Eandem propositionem repetit sæpissime. Cap. X. pag. 648. ait: *Deum esse infinitum in infinito ubique in omnibus, non supra, non extra, sed presentissimum sicut Entitas non est extra & supra Entia, non est natura extra naturalia, bonitas extra bonum nulla est.*

De modo divinæ omnipræsentia ita judicat pag. 653. *Atqui nos (inquit) de illius voluntate haudquaquam ignobilium & stultorum more definimus, cui, quod optimum & gloriosissimum est & naturæ suæ optime convenientissimum tribuendum ducimus, quem nefas est quærere in sanguine cimicis, recutito cadavere, epileptici spuma, & sub conculcantibus carnificum pedibus & melancholicis, nec romanticorum vilium Mysteriis, sed in inviolabili, intemerabili naturæ lege, in bene ad eandem legem instituti animi religione, in splendore solis, in specie*

*cie rerum, quæ de hujus nostræ parentis visceribus educuntur, in imagine illius vera corporeo modo explicata de vultu innumerabilium animantium, quæ in immensa unius cæli fimbria lucent, vivunt, sentiunt, intelligunt, optimoque uni applaudunt Maximo.*

In Libello de compositione Imaginum nihil est, quod ad hoc argumentum faciat.

Quod si ea, quæ hætenus ex opusculis *Bruni* adduximus, in summam colligamus, constabit; *Brunum* admisisse; (1.) Ens perfectissimum simplicissimum intelligens. (2.) Illud a mundo distinxisse. (3.) Mundum originem suam debere sapientissimo & optimo Enti, immo infinitos esse mundos ab eo productos. (4.) Deum non agere necessitate naturæ, sed liberrime atque necessario optimum velle & facere. (5.) Mentis humanas esse immortales, simplices nempe & nulli mutationi obnoxias.

## VII.

Dispiciendum jam quidem est, quibus rationibus Cl. la *Croze* probet, hominem hunc *Spinosismum* ante *Spinozam* professum esse. Agit autem id in libello cui titulus: *Entretiens sur divers Sujets d'Histoire & de Litterature de Religion & de Critique* pag. 284. sq. In genere asserit, *Brunum* Romæ fuisse ob Atheismum combustum. Quanquam autem infirma plane esset ratiocinatio hæc: *Brunus* Romæ combustus fuit tanquam Atheus; Ergo fuit Atheus; tamen quia ex ipsa morte, judicium aliquod *Viri docti* ferunt, de causa ejus, necesse est,

ut

ut Epistolam Scioppii ad Rittershusium Roma datam, hic adducam. Edidit illam integram Cl. Strauchius in *Act. Litterariis ex Manuscriptis editis*. Tom. V. quoniam autem quædam ad rem non pertinentia in hac Epistola continentur, ea tantum post Cl. la Croze proferam, quæ ad hanc Historiam necessario pertinent. Ita autem scribit Scioppius: *Quas ad nuperam suam expostulatoriam epistolam rescripsi non sane dubito, quin tibi sint reditæ, quibus me tibi de vulgato responso meo satis purgatum confido. Ut vero nunc etiam scriberem, hodierna ipsa dies me instigat, qua Jordanus Brunus propter Heresin vivus vidensque in Campo Floræ ante theatrum Pompeii est combustus. Existimo enim & hoc ad extremam impressæ Epistolæ meæ partem, qua de Hereticorum pœna egi, pertinere. Si etiam nunc Romæ esses ex plerisque omnibus Italis audires, Lutheranum esse combustum & ita non mediocriter in opinione tua confirmare de sevitia nostra. At semel scire debes Ritterhusi! Italos inter Hereticos alba linea non signare, neque discernere novisse: Sed, quicquid est Hereticum illum Lutheranum esse putant. In qua simplicitate, ut Deus eos conservet, precor, ne sciant unquam quid Heresis alia ab aliis discrepent. Vereor ne alioquin ista discernendi scientia nimis caro ipsis constet. Ut autem veritatem ipsam ex me accipias, narro tibi, idque ita esse fidem do testem, nullum prorsus Lutheranum aut Calvinianum nisi relapsum vel publice scandalosum ullo modo Romæ periclitari, nedum ut morte puniatur. Hæc sanctissimi Domini mens est, ut omnibus Lutheranis Romam pateat liber commea-*

tus utque a Cardinalibus & Prælatiſ Curia noſtræ omnis generis benevolentiam & humanitatem experiantur. Atque utinam hic eſſes! Scio, fore ut rumores vulgatos mendacii damnes. Fuit ſuperiore menſe Saxo quidam nobilis hic apud nos, qui annum ipſum domi Beza vixerat. Is multis innotuit; ipſi etiam confeſſario Pontificis Baronio, qui eum humaniſſime excepit & de Religione nihil prorsus cum eo egit, niſi quod obiter eum adhortatus eſt ad veritatem inveſtigandam: De periculo juſſit eum fide ſua eſſe ſecuriſſimum dum ne quod publice ſcandalum præberet: Ac manſiſſet ille nobiscum diutius, niſi ſparſo rumore de Angliſ quibusdam in Palatium Inquiſitionis deductis perterritus ſibi metuiffet. At Angli illi non erant, quod vulgo ab Italiſ dicuntur Lutherani, ſed Puritani & de ſacrilega Sacramenti percuffione Angliſ uſitata ſuſpecti. Similiter forſan & ipſe rumori vulgari crederem Brunum iſtum fuiſſe ob Lutheraniſmum combuſtum, niſi S. Inquiſitionis officio inter fuiſſem, dum Sententia contra eum lata eſt, & ſic ſcirem, quamnam ille hæreſin profeſſus fuerit. Fuit enim Brunus iſte patria Nolanus ex regno Neapolitano, profeſſione Dominicanus, qui cum jam annis abhinc duodecim de Tranſubſtantiatione rationi nimium [ut Chryſoſtomus tuus docet] repugnante dubitare, imo eam prorsus negare, & ſtatim Virginitatem Mariæ [quam idem Chryſoſtomus omnibus Seraphim & Cherubim puriorem ait] in dubium vocare cœpiſſet, Geneviam abiit, & biennium iſtic commoratus, tandemque quod Calvinismum per omnia non probaret, inde ejectus, Lugdunum, inde Tholoſam, hinc Pariſios devenit, ibique extraordinarium Profeſſorem egit, cum videret, ordinarios cogi Miſſæ Sacro intereſſe. Poſtea Londinum profeſtus libellum iſtic edit de Beſtia triumphante hoc eſt Papa, quem veſtri honoris cauſſa Beſtiam appellare ſolent.



Inde Wittenbergam abiit, ibique publice professus est, biennium nisi fallor. Hinc Pragam delatus librum edit de immenso & infinito itemque de innumerabilibus [si titulorum sat recte memini, nam libros ipsos Praga habui] & rursus alium de umbris & Ideis: in quibus honesta prorsus & absurdissima docet v. 9. mundos esse innumerabiles; animam de corpore in corpus, imo & alium in mundum migrare; unam animam bina corpora informare posse: Magiam esse rem bonam & licitam: Spiritum Sanctum nihil aliud esse nisi animam mundi, & hoc voluisse Moysen, dum scribit, eum fovisse aquas: Mundum esse ab æterno: Moysen miracula sua per magiam operatum esse, in qua plus profecerat, quam Ægyptii reliqui; eum leges suas confinxisse: Sacras Litteras esse somnium; Diabolum salvatum iri: Solos Hebræos ab Adamo & Eva originem ducere, reliquos ab iis duobus, quos Deus pridie fecerat: Christum non fuisse Deum, sed fuisse Magum insignem & hominibus illusisse, ac propterea merito suspensum [Italice impiccato] non crucifixum esse. Prophetas & Apostolos fuisse homines nequam, magos & plerosque suspensos. Denique, infinitum foret omnia ejus portenta recensere, quæ ipse & libris, & viva voce asseruit: Uno verbo, ut dicam, quicquid unquam ab Ethnicorum Philosophis vel a nostris antiquis & recentioribus Hæreticis est assertum, id omne ipse propugnavit. Praga Brunswigam & Helmstadium pervenit & ibi aliquamdiu professus dicitur. Inde Francofurtum librum editurus rediit, tandemque Venetiis in Inquisitionis manus pervenit, ubi diu satis cum fuisset, Romam missus est, & sæpius a S. Officio, quod vocant, Inquisitionis examinatus, & a summis Theologis convictus, modo 40. dies obtinuit, quibus deliberaret, modo promisit pali-nodiam, modo denuo suas nugas defendit, modo alios quadra-

quadraginta dies impetravit, sed tandem nihil aliud egit, nisi ut Pontificem & Inquisitionem deluderet; fere igitur biennio, postquam hinc in Inquisitionem devenit, nupero die nona Februarii in supremi Inquisitoris palatium, presentibus Illustrissimis Cardinalibus S. Officii Inquisitionis, qui & senio & rerum usu, & Theologiae, jurisque scientia reliquis praestant & consultoribus Theologis & seculari Magistratu, urbis Governatore, fuit Brunus ille in locum Inquisitionis introductus, ibique genibus flexis sententiam contra se pronuntiari audit. Ea autem fuit hujusmodi: narrata fuit ejus vita, studia & dogmata, & qualem Inquisitio diligentiam, in convertendo illo etiam fraterne adhibuerit, qualemque ille pertinaciam & impietatem ostenderit: inde eum degradarunt, ut dicimus, prorsusque excommunicarunt & seculari magistratui tradiderunt puniendum, rogantes, ut quam clementissime & sine sanguinis profusione puniretur. Haec cum ita essent peracta, nihil ille respondit aliud, nisi minabundus: Majori forsitan cum timore sententiam in me dicitis, quam ego accipiam. Sic a lictoribus Governatoris in carcerem deductus ibique octiduo aservatus fuit, si vel nunc errores suos revocare vellet, sed frustra. Hodie igitur ad pyram sive rogam deductus est. Cum Salvatoris crucifixi imago ei jamjam morituro ostenderetur, torvo eam vultu aspernatus rejecit, sicque ustulatus miser periit, renuntiaturus credo in reliquis, quos finxit mundis. Hic itaque mi R. modus est, quo contra homines, immo monstra hujusmodi procedi a nobis solet. Scire nunc ex te studeam, is ne modus tibi probetur: an vero velis licere cuivis quidvis & credere & profiteri. Equidem existimo, te non posse eum non probare. Sed illud addendum forte putabis, Lutheranos talia non docere, neque credere, ac proinde aliter tractandos esse. Assentimur ergo tibi, & nullum

*pro*rsus Lutheranium comburimus. Sed de ipso vestro  
 Luthero aliam forte rationem iniremus. Quid enim di-  
 ces, si asseram & probare tibi possim, Lutherum non  
 eadem quidem, qua Brunus, sed vel absurdiora vel  
 magis horrenda, non dico in convivialibus, sed in iis,  
 quos edidit vivus libris, tanquam sententias, dogmata  
 & oracula docuisse? mone quaeso, si nondum satis eum  
 novisti, qui veritatem tot seculis sepultam nobis eruit,  
 & patefaciam ipsa tibi loca, in quibus succum quinti  
 istius Evangelii deprehendas, quam istic anatomiam Lu-  
 theri a Pistorio habere possitis. Nunc si & Lutherus  
 Brunus est. Quid de eo fieri censes? Nimirum tardi-  
 pedi Deo dandum infelicibus ustulandum lignis. Quid  
 illis postea, qui eum pro Evangelista, propheta tertio  
 Elia habent? Hoc tibi potius judicandum relinquo.  
 Tantum ut hoc mihi credas, Romanos non ea severitate  
 erga Hæreticos experiri, qua creduntur & qua debe-  
 bant forte erga illos, qui scientes volentes pereunt. Ro-  
 mæ ad d. 17. Februarii 1600. Vide quæ a Cel.  
 Brukerø pag. 15. sq. de hac Epistola narrata sunt.  
 Ex hac Epistola a Scioppio scripta satis patere vide-  
 tur, quam ob causam Brunus igni fuerit traditus.  
 Certe ne vestigium quidem ullum Atheismi patet.  
 Intererat Scioppius ipsius S. Inquisitionis Officio,  
 atque ad Errorum capita probe attendit, ne ver-  
 bo autem meminuit negatæ existentiae Numinis.  
 Quanquam haud diffitear vix ac ne vix quidem  
 credi posse, Inquisitores illos, si Spinozæ errorem  
 fuisset professus, hoc fuisse deprehensuros; sane  
 multi initio Ethicam Spinozæ non adeo periculo-  
 sam crediderunt ac postea accurato examine insti-  
 tuto, deprehensum est. Quicquid sit, recte ad  
 hanc Epistolam provocavit Cl. Heumannus Act.  
 Phil. Tom. II. part. 9. pag. 383. sq. neque etiam  
 pro-

probabile est, si Scioppii tantisper Epistolam negligamus, Brunum siquidem Atheus fuisset, pertinaciter erroris sui patrocinium suscepturum fuisse; tempori potius inserviisset, & quidlibet potius esset professus, quam ut mortem esset perpeffus. At hæc levia sunt, neque jugulum causæ petunt. Neque prolixiores erimus in discutienda quæstione, utrum Brunus Wittembergæ orationem in laudem Diaboli habuerit; non solum enim citato in loco, testimonia minus certa esse probat Heumannus, sed & si vel maxime unquam hoc fuisset ab eo tentatum, ingenii exercendi gratia factum, non sine verisimilitudinis specie dici posset. Provocat 3.) Cl. la Croze ad libellum in Anglia editum: cui titulus *de Bestia triumphante: Les impietes*, [inquit] *de Brunus paroissent asses a decouvert, dans ses Livres latins: mais pourtant il a ete beaucoup plus loinz dans un Livre Italien imprimé en Angleterre sous le titre de Spaccio della Bestia triomfante. Ce titre a trompé Scioppius, qui a crû, que le Pape étoit la Bete, dont il est parlé dans cet ouvrage. D'autres que Scioppius y ont été attrapés: mais il est surprenant que Mr. Bayle, qui avoit eu le Livre même entre les mains n'en ait pas connu le venin. Je parleray fort griesement de cet ouvrage, ne l'ayant eu qu'un moment en ma disposition: le fameux Mr. Toland a qui il apartenoit ne me l'ayant montré qu'avec beaucoup de reserve. Tout le livre roule sur une reforme, que Jupiter fait des constellations. Brunus l'introduit se plaignant de la decadence du culte des Dieux, quoy qu'on eut pris les meilleures mesures du Monde pour le rendre éternel en donnant aux astres les noms de Divinités & faisant par la du Ciel une espece de Livre, qui contient toute la Theologie Payenne. Momus se moque de Jupiter, &*

lui repond en raillant , que la mauvaise conduite des Dieux & l'histoire scandaleuse de leurs vilaines amours les ont fait enfin tomber dans un mepris universel. On assemble sur cette objection toutes les constellations qui proposent leurs raisons & ont faits de ce sujet des comparaisons abominables entre les Fables de Poëtes & les Histoires qui sont crües dans les Religions qui ont succedé au Paganisme. L'Evangile y est tourné en ridicule. Le nom d'Imposteur y est repeté plusieurs fois & appliqué aux trois Legislatteurs , a celui des Juifs & celui des Mahometans sans en excepter notre Sauveur. Cette execrable Comedie finit par l'exclusion qu'on donne a toutes les Religions pour substituer dans le Ciel le nom des vertus morales aux fausses Divinités du Paganisme. Voila, inquit Cl. Croze, quel est ce Livre capable de donner de l'horreur a tous les Gens de bien & propre a faire voir jusqu'au Brunus portoit son impiété. Quid ad hanc objectionem respondet Cl. Heumannus? Multa: (1.) enim pag. 404. sq. provocat ad Scioppium, qui de Papa libellum hunc scriptum esse contendit, neque forte sine caussa. Brunus enim (2.) in oratione Valedictoria Wittenbergæ habita & actis Philosoph. inserta, Papam *Bestiam* adpellavit (3.) *Baylium* libellum legisse, neque adeo abominanda in eo invenisse (4.) Cl. la Croze per momentum saltem inspexisse librum (5.) dubitari posse, utrum *Brunus* sit auctor Libri; Nos in medio rem relinquimus, cujus argumenti fuerit libellus, cum eum evolvere hæctenus non licuerit [\*] duo tantum adnotamus. *Primum* est, vix credi-

---

[\*] Vide de hoc libello pluribus agentem Celeb. Brukerum l. cit. p. 60. sq.

credibile esse, *Brunum* in ipsa Anglia prelo commissurum fuisse libellum adeo detestabilem. Nostra ætate summa est libertas sentiendi & scribendi præsertim in Anglia: at vix credibile publice talia Typographos recepturos, aut sine animadversione abiturum Auctorem & Typographos; notum, quid *Tolando*, *Wolstone*, aliisque acciderit; et Historia illius temporis nihil tale profert. (2.) Si vel maxime abominandus fœtus ille Patrem agnosceret *Brunum*, nondum tamen eum professum Atheum fuisse constaret, sed impium Christianæ Religionis irrisorem, id est Deistam.

### VIII.

Levia autem hæc. Sequuntur jam ea, quæ directe *Spinosismum* ejus probant, si *Cl. la Croze* audias. Petita autem ea sunt ex libello de Immenso & Inenumerabili, atque extant pag. 189. sicut ut autem Lector de his judicare possit, ea, prolixiora licet, describam. Constant autem aliquot propositionibus. I. est: *Divina Essentia est infinita.* II. *Modum essendi modus possendi sequitur.* III. *Modum possendi consequitur operandi modus.* IV. *Deus est simplicissima Essentia, in qua nulla compositio esse potest, vel diversitas intrinsece.* V. *consequenter in eadem idem est esse, posse, agere, velle, Essentia, potentia, actio, voluntas, & quicquid de eo vere dici potest, quia ipse est Veritas* [\*]. VI. *consequenter Dei voluntas*

Pp 4

est

---

[\*] Sæpe Viri præstantissimi & ab omni Atheismi suspicione alieni ejusmodi propositiones in fervore disputationis in medium proferunt quæ periculosis consecrariis obnoxie sunt, & quas ipsimet sedato affectu non admitterent, circa argumentum hujus thesicos id obtigit

est super omnia, ideoque frustrari non potest, neque per se ipsam neque per aliud. VII. Voluntas divina est non modo necessaria, sed ipsa etiam est necessitas, cujus oppositum non est impossibile modo, sed ipsa impossibilitas. VIII. In simplici Essentia non potest esse contrarietas ullo modo, neque inequalitas; voluntas inquam non est contraria & inequalis potentia. IX. Necessitas & libertas sunt unum, unde non est formidandum, quod cum agat necessitate naturæ non libere agat: sed potius, imo omnino non libere ageret aliter agendo quam necessitas & natura, imo naturæ necessitas requirit. X. Potentia divina non est, nisi sit possibile infinitum; non est, inquam, potens facere infinitum, nisi sit potens fieri: quæ enim impossibilis vel ad impossibile potest esse potentia? XI. Sicut est mundus in hoc spatio, ita & potest esse in simili spatio isti spatio, quod hoc mundo ablato possumus æquale huic mundo remanens intelligere. XII. Huic spatio in quo est mundus simile spatium extra mundum non est ratio, quæ tollatur neque faciat esse finitum. XIII. Mundus in simili spatio extra illud non esset huic mundo impedimento, neque major ratio esset, quæ hic formidet ruere illum, quam ille istum, quando quidem ubique medium est in infinito secundum rei veritatem sursum vero atque deorsum secundum certam eorum, quæ sunt in uniuscujusque ordine habitudinem. XIV. Melius est esse, quam non esse, dignius est facere, quod

---

Maximè Cl. Gundlingio adversus hæc disputanti de Atheismo Platonis. Vide Celeb. & amicissimi Schelhornii *Amoenitates Litter.* Tom. XIII. Sect. XXI. sq.

quod est bonum quam non facere. Ponere Ens & verum impropotionaliter, melius est, quam sumere non Ens & nihil. XV. Potentia & voluntas naturalis frustrari non debet & ad infinitam durationem spatium esse sine proprio actu, tunc enim potentia ad impossibile referretur. XVI. Potentiam infinitam (extensiva sive sit sive intensiva) ad esse frustrari est, sic actu malum infinitum poni, sicut & actu est spatium infinitum. XVII. Sicut hoc spatium potest recipere hunc mundum & ornare, ita & simile quodcunque spatium ab ipso indifferens simili non absente principio simile concepisse. XVIII. Ornamentum hujus spatii hujusque mundi perfectio nihil est quod addat vel subtrahat vel sufficientiae vel indigentiae praestet ornamento atque perfectioni alius cujuscunque spatii, quo minus non ita actuari exigat illud quam actuatum rerum plenitudine sit istud. XIX. De Deo & natura quam optime sentiendum. XX. De rebus maximis nil temere citra sensum & rationem defendendum. Hisce ita constantibus probandum est Adversario, esse vim & causam, quae infinita essentia atque potentia finite operetur: II. Qua constare possit potentia activa infinita cum possibilitate finita rerum III. Quo spatio quod hoc mundo absente comprehendimus, cui simile semper concipimus esse, minime ultra adjectum possit esse spatium. IV. Qua tota materia est finita & margini illius extimi caeli comprehensa. V. Qua Deus non vult, quantum potest. Qua esse plures hoc nobis manifesto mundos non sit conveniens. VI. Necessitatem in Deo aliud esse a libertate. VII. Potentiam cum voluntate & actione non concurrere. VIII. Posse aliud quam vult,



velle aliud, quam potest. IX. Alia habere nomina quam habeat. X. Posse aliud velle, quam quod vult, posse aliter esse haberi, quam sit vere, & necessitatem esse aliud & citra divinam voluntatem & e converso. Posse etiam velle, quod non vult, stante, quod non possit esse quod non est.

Postquam Cl. la Croze pag. 311. XX. primarum propositionum fecisset mentionem, ita ait: *Voilà quels sont les Principes de cet Athée, dans lesquels on trouve une grande conformité avec ceux de Spinoza. Ce qu'il appelle Dieu c'est la nature, ou plutôt l'Être infiniment étendu dont il tache d'établir la nécessité & l'éternité dans ces prétendus Axiomes.* Hæc quidem Vir doctissimus dicit, at non probat; instituenda ergo fuisset, mea opinione, comparatio, cum systemate Spinozæ atque propositiones invicem conferendæ. Ergo Spinozæ principia in his propositionibus non deprehendo hic; cur ita sentiam, dicam, postquam duo generalia primum præmisero. Primum est; attendendum esse ad scopum, quem adductis propositionibus intendit Brunus. Probare nimirum vult, dari infinitos mundos. Hoc satis patet ex initio Commentarii, qui immediate ante illas propositiones extat. Ita enim sonat: *Infiniæ causæ & principio nihil potest esse magnum, imo ne quidem aliquid, nisi infinitum; si ergo se rebus corporeis communicat seu potius suam magnitudinem in rerum corporearum & multitudinis Existentiâ explicat, objectum pro captu ejus Essentiæ simulachrum ac potentiæ vestigium infinitum magnitudine & absque numero subjiciat oportet; sic ab uno consimile unum est neque aliter divinitatis imago corporeo potest esse modo.* (2.) Confitemur, quædam in his ipsis propositionibus contineri,

ri, quæ non solum non probent, quod probandum erat; sed & quæ, si consequentias omnes urgere velis, periculosis consecrariis viam aperiunt. At hoc non obstante negamus, quod contendit *Cl. Vir* in eis contineri dogma *Spinozæ*, quod ut pateat, singulas *Bruni* propositiones percurremus & breviter explicabimus. I. propositio collata cum 4ta propositione verissima est; Deus est Essentia infinita, quod quo sensu accipiendum sit, non solum in quarta propositione clarius ostendit; sed & ea omnia, quæ supra produximus, ostendunt, eum Essentiam illam pro infinite perfecta, bona, sapiente habuisse; neque certe opus fuisset probare *Bruno*, mundos esse infinitos, quia bonitas Dei infinita est, si cum *Spinoza* sensisset; dixisset enim unam esse tantummodo substantiam, eamque infinitam, ex ea substantia infinita non posse non infinita infinitis modis ut loquitur *Spinoza*, sequi; cum enim necessitate naturæ agat, & natura illa infinite extensa sit atque cogitans, sequi necessario infinitum esse Deum extensione; At ille longe aliter suam ratiocinandi instituit methodum, ut supra audivimus & amplius examine instituto patebit. Iida & tertia propositiones certo modo veræ, eo autem sensu, quo *Brunus* voluit falsæ. Verum est, si abstracte rem consideremus, prout Essentia est infinita, perfectissima, ita & potentiam & operationes perfectissimas & infinitas intrinsece spectatas esse. At falsum est, Deum perfectiones suas ad extra nonnisi infinite exercere posse; sic enim Deus una tantum ratione agere posset; ita porro ejus potentia hodie nulla amplius esset! Et ut porro dicam, supponunt hæ propositiones, Deum extra se nihil finitum producere posse.

posse. At Deus potest quicquid nullam contradictionem involvit: at existentiam dare rei finitæ nullam contradictionem involvit. Ergo. Minor probatur; quia nec a parte Dei, nec a parte rei finitæ existentis ulla est repugnantia; Deus solus necessitate naturæ existit, quicquid ergo produci-  
 tur, non necessitate naturæ existit, sed voluntate Dei; quod non necessario existit, illud initium habet existentiae, eo ipso limitationem habet; quod si ad voluntatem Dei respicias nihil iterum repugnat, existere finitum quid seu creatum, non repugnat, varias esse creaturas, unde patet, quid de V ta propositione dicendum. Vera est, si *intrinsecam* Dei naturam spectes; falsa, si ad modum operandi seu voluntatis executionem respicias; uti Deus rerum finitarum Ideas ab æterno habet; ita eas producere potest, eo ipso, quia non repugnat produci; neque etiam existere finitum: VI ta continet consequentiam, quæ sensu a nobis dato vera est. Ex eadem patet, *Spinozæ* ita loqui non posse; quomodo enim voluntas Dei frustrari non potest ex mente *Spinozæ*, quæ necessitate intrinseca naturæ agit, & ex ejus Essentia infinita ab æterno omnia, prout sunt, NB. non prout voluit, necessario emanarunt. VII ma admitti potest, si de necessitate hypothetica intelligatur, quo sensu, ut supra audivimus sumsit etiam *Brunus*. Nimirum hic loquitur cum illis *Brunus*, qui putant, Deum esse Ens sapientissimum; sapientem optimum eligere semper, & non posse aliter agere: quam necessitatem *Leibnizius* vocat in erudito opere *Theodiceæ* une *heureuse nécessité*: supraque dictum qua ratione *Brunus* nostram libertatem cum Dei contulerit, Deoque omnia

omnia semper præsentia esse, quæ ad efficiendum requiruntur dixerit. At ex eo tamen nondum sequitur, mundos esse infinitos, nisi aliunde probaveris, materiam esse infinite extensam, quod si hoc probatum est, sequitur, mundos esse infinitos, seu Deum voluisse infinite extensam materiam producere; sequitur insuper, mundum ejusmodi infinitum Deum vi sapientiæ & ex legibus electionis optimi producere voluisse. At ex natura perfectissimæ essentiæ & bonitatis ipsa spectata, hæc propositio non sequitur, cum Deus nulla necessitate ad talem vel talem mundum creandum inductus fuerit. VIII. vera est, si de essentia intrinseca intelligas: At non sequitur, mutationem esse in subjecto, si productum infinitum non est. IX. admitti potest, si de executione ad aliquid faciendum intelligatur & necessitate hypothetica. Deus enim sapientissimus est, & non potest non optimum eligere. At respectu habito ipsius naturæ divinæ *essentialiter*, ut ita dicam, consideratæ falsa est. *Essentia necessaria* est, agendi ratio *libera*: Si Deus nihil voluisset producere, potuisset; fuisset adeoque liber; licet Essentia ipsius necessario semper extitisset. X. iterum est limitanda; verum est, potentiam divinam se ad infinitum extendere; id est, posset omnia facere, quæcunque nullam repugnantiam involvunt; posset adeoque huic mundo seu compagi rerum existentium addere innumerabiles mundos, neque finem, neque terminum habentes, verbo, infinitum perfectissimum posset facere infinitam extensionem. At cum Deus non sit aliquod necessario agens, posset etiam Deus non solum nihil producere, seu extra se nulli rei existentiam dare;

sed

sed etiam creare rem limitibus circumscriptam; unde tamen non sequeretur, nullam dari causam infinitam; nos certe ex particulari causarum existentia concludimus, Deum esse, sed plures longe producere potuisse mundos, cum nullam in voluntate Dei repugnantiam animadvertamus. XI. XII. XIII. Ad scopum nostrum nihil faciunt. Pone enim extra hunc mundum infinita esse spatia vacua, in quibus alii mundi existere possent, an tum necessario Deus omnia illa spatia replere debet? XV. Explicatione cum maxime opus habet tum respectu Dei, tum respectu rerum existentium; Si ad Deum respicimus, neque melior, neque perfectior fit per existentiam creaturarum, aliàs non esset perfectissimus; sine creaturarum existentia; Si respicimus ad creaturas, tum sunt illæ vel ratione & sensu instructæ, vel iis privatæ. Ratione instructæ, aut bene agunt, aut male: quæ bene agunt, felices sunt, dum existunt, atque respectu hoc habito præstat eas existere, quam non existere. Male autem agentes existunt etiam bonitate Dei, qua dum abutuntur, seque reddunt infelices, præstaret non extitisse, quam miseras esse. Quod ad creationem ratione destitutarum adtinet, non magis bonum est, eas existere vel non existere, si eas ipsas respiciamus, dum hujus suæ existentiae nullum habent sensum; bonum est eas existere, in quantum conferunt ad aliarum rerum utilitatem. In genere loquendo, dignum magis Deo, bene facere creaturis rationalibus, quam non bene. At non sequitur; Ergo omne bonum, quod facere posset, tenetur facere, quia infinite bonus est, de quo supra diximus. XV. Antecedens verum est, potentia divina frustrari

frustrari non debet; at hoc certe non fit, si spatia omnia, quæ infinita supponit, mundis non replerentur. Quid si noluit? idem dicendum de XVI. Neque in XVII. & XVIII. quicquam est, quod magnopere culpes. Quod si jam omnia, quæcunque jam dicta sunt, colligas non certe reperies, quod contendit *Cl. la Croze*: *Spinoza* asserit (1.) unam esse substantiam duobus infinitis attributis constantem. (2.) hanc substantiam Deum esse. (3.) illam substantiam necessario existere. (4.) Ex illa infinita Essentia omnia infinitis modis esse consecuta, & quidem necessario. (5.) hunc mundum seu totum Universum Deum esse. *Brunus* admittit, (1.) Deum nulli compositioni obnoxium esse. (2.) Eum a mundo distinguit. (3.) Existentiam ipsius mundi repetit a voluntate & potentia infinita. (4.) Illum imaginem duntaxat esse corpoream Entis perfectissime existentis: unde necesse est, duos illos inter se non consentire.

### IX.

Quod ad reliquas propositiones adinet, quas sibi *Brunus* probandas esse ait, ita loquitur *Cl. la Croze* pag. 314. sq. *Quoi qu'il y ait un Sophisme dans la premiere de ces propositions que Brunus veut, qu'on luy prouve, il n'a pourtant point eu de tort d'avancer que ces principes suffisoient pour renverser les siens. Il les propose avec toutes les mauvais tours, qu'il a été capable d'y donner enteté come il étoit, de son systeme. Il est certain, que les deux propositions ruinent tous ces Axiomes chymériques, qui les ont précédés. La premiere exige, qu'on prouve qu'une essence infinie puisse agir d'une maniere finie. Cela ne fait rien contre la creation des Etres finis. Dieu opere d'une maniere infinie en tirant les Etres du néant, mais*  
 l'objec

l'objet de son action est fini. Si les raisonnemens de Brunus étoient bons il faudroit qu'une puissance independante produisit un effet independant ce qui est contradictoire. Brunus ne s'apperçoit pas, qu'il fait un Dieu impuissant, ou plutôt qu'il établit une puissance infinie, qui n'est pas une véritable puissance, puisqu'elle n'a qu'une maniere déterminée d'agir sans choix, sans deliberation, & même sans raison; Je suis sûr que si Brunus avoit voulu repasser ses principes a la rigueur il auroit vû qu'il n'en avoit aucune Idée. Quel inconvenient a t il pû trouver dans une cause infinie qui produit d'une maniere finie? ou il ny a point de matiere finie dans le Monde ou cette matiere fait partie d'un infini de même nature, supposé quil y en a ait un. Il n'y a rien de plus absurde que de dire que Dieu ne peut créer une partie qu'il ne crée le tout, si Dieu ne peut produire rien de fini il n'est pas infiniment puissant & s'il produit l'infini par necessité il n'est plus Dieu, il est Esclave des causes secondes vers lesquelles il est entraîné par la necessité de sa nature. Peut on assigner une puissance infinie a une cause qui ne peut agir que d'une seule maniere & qui dans cette maniere même est invinciblement déterminée a agir? selon ce systeme Dieu ne pourra detruire aucune partie de la matiere, il n'en pourra créer de nouvelle, il n'y aura rien de contingent dans le Monde & la necessité de la matiere sera démontrée plus évidemment que celle de Dieu. Cependant c'est sur l'Existence & l'operation de Dieu que Brunus établit ses opinions. Ainsi il se sert d'un principe pour faire valoir ses consequences, qui renverseroient le principe

cipe

*cipe même si elles étoient admises. Ce Sophisme luy est commun avec Spinoza. Mais Brunus s'étoit perdu dans la contemplation de l'infini: bien d'autres que luy y ont fait naufrage. Il raisonne a perte de vûe dans tout son Livre confondant sans cesse la creature avec le createur & se payant assés souvent de plus foibles raisons, quand elles luy paroissent propres a reparer les debris de son Systeme.*

Ad hæc 3. moneo: (1.) est, fateri Cl. la Croze contemplatione Infiniti abreptum *Brunum* errasse, at ubi tandem major debet esse veniæ locus? (2.) Argumenta, quæ adfert Cl. Vir jam quidem sunt allata respectu difficultatum, quæ ex Systemate *Bruni* solent fluere; qualescunque autem sint, tales non sunt quæ in Systemate *Spinozæ* locum haberent. Alius certe naturæ quæstio est, utrum ex Infinitate & Bonitate naturæ Dei sequatur; mundos esse infinitos: & utrum ex unica per se subsistente Essentia omnia necessario producta sint: prius etiam illis potest contingere, qui nihil minus quam *Spinosistæ* sunt. Nota, quæ supra de Cl. *Gundlingio* observavi. (3.) Creaturam cum creatore confusam esse perpetim in Systemate *Bruni* aserit Cl. Vir: at clarissimis locis hoc probandum esset, quorum tamen ne unum quidem adfert.

Pergit Vir doctus Cl. la Croze oppugnare *Brunum* pag. 317. Il est certain, inquit, que le nom de Dieu dans les Ecrits de cet Athée ne signifie autre chose que la nature. Ad hoc probandum provocat ad libellum de *maximo* & *mens.* pag. 251. ubi ita *Brunus*:

Namque adeo nihil esse bonum valet ut meliori  
Conditione capax nequeat consistere, præter



Unum infinitum solum. Physis optima Deitas  
Nempe quod in genere est non simplex abs-que  
solutum

Supposito ac certo perfectum sine putandum est,  
Pro generis captu, pro voto constituentis.

Provocat ad Commentarium & quidem hæc  
verba : *Perfectum simpliciter & per se & absolute  
est unum infinitum quod & quo neque majus esse potest  
quippiam neque melius. Hoc est unum ubique totum  
Deus natura universalis.* At hæc certe non probant  
in ore *Bruni* Deum & naturam unum idemque  
esse. *Phyſin* vocat *Deitatem* per ἀκρολογίαν quales  
innumeræ in hoc auctore. Ita de Immenſo pag.  
495. mundum vocat *Animal venerabile & ſanctum*,  
quia infinitis Dæmonibus varii generis, uti exiſtu-  
mabat *Brunus*, erat repletus. Naturam universalem  
in hoc ipſo Commentario a Deo diſtinguit, quod  
ſi per naturam universalem intelligas Deum, &  
ſic tamen [ licet parum recte locutus ſit ] a Deo  
diſtinguit: In hoc ipſo enim Commentario ait:  
*Cujus, id eſt Dei, & naturæ univerſalis perfectæ ima-  
go & ſimulacrum nullum eſſe poteſt niſi infinitum.* Et  
ſq. pag. 254. mundus dicitur *infinita communicatio  
bonitatis actus effectusque diviſiæ omnipotentia externus.*

Ad ſenſum certe, non ad verba, quorum incurius  
ut plurimum erat *Brunus*, attendendum, & ſyſte-  
matis nexum. Pergit Cl. la Croze pag. 318. *il  
admet des ſubſtances quil appelle ſpirituelles quoy quil  
veuille qu'elles ſoyent compoſées de lumière, il leur don-  
ne le nom de Dieux & de démons.*

Verum eſt, admittit *Brunus* Scalam Entium in-  
telligentium, uti patet ex libro de *Monad. Num.*

☞ fig. pag. 136. cum primis credulus fuit circa  
varii generis Dæmonas admittendos. At hoc ni-  
hil ad quæstionem de Atheismo facit; eo vixit  
tempore *Brunus*, quo a communibus præjudiciis  
vix se potuit liberare; dum novum iter ingredi-  
tur non semel in avia & sentinas imo præcipitiæ  
ruit. Adplicari illi possent verba *Ovidii* de *Phaë-  
tonte* seu *Jovis* ad *Phaëtonem*:

*Non est tua tuta voluntas,  
Magna petis Phaëton, & quæ nec viribus istis  
Munera convenient, nec tam puerilibus annis.*

*Il* [ita porro de *Bruno* Cl. Vir] ne s'explique  
en quelques endroits qu'avec beaucoup de précaution;  
mais en d'autres il s'ouvre entièrement. Nous l'avons  
vu admettant entre ses Principes la Puissance & la vo-  
lonté de Dieu, il en doute en plus d'un endroit dans le  
cours de son Ouvrage; Il le nie dans d'autres, &  
traite cette pensée d'extravagance propre a un home qui  
ne sait plus ou il en est: Ut probet eum de potentia  
& voluntate Dei dubitare provocat ad Lib. de  
*Immenso & Innum*: pag. 182. ubi ita:

*Sive igitur spatium hoc, mundum quod continet istum,  
Mentis decreto seu casu perficiatur.*

At reliqua etiam *Bruni* fuissent adducenda,  
vult spatium, quod quidam fingunt extra mun-  
dum, necessario corpore debere repleri; Sive igi-  
tur illud spatium casu fortuito ortum, sive a Deo  
factum perinde esse: hinc ait:

*Quod si non quicquam est ulla quod sorte repugnet  
Quominus atque ipsum inveniatur corpore plenum:*

Qq 2

Quia

*Quin potius spatium est res quædam nata replevi  
Dedecet ergo fiet necquicquam tanta facultas  
Quam faciat frustra Deus & natura manens.*

Certe hic de potentia Dei nulla est dubitatio; non magis felix est *Cl. Vir*, quando probare vult, eum divinis perfectionibus detraxisse. Provocat ad ejusd. Libri cap. 17. pag. 169. ubi ita:

*Pergo tamen totum cupio quoque scire quid extra est.  
Respondet sensu viduata voce sophista:  
Primum Ens, unum, constans, sine fine,  
Mens sibi sufficiens, nil indiga, cuncta gubernans:  
Sic factus nobis Sophus iste Propheta repente est,  
Implicita filum quia perdidit in labyrintho.*

In hoc enim loco ut Inscriptio Capitis docet, recenset varias Peripateticorum opiniones de cælo & spatio ultimo mundi; quærit ergo, quid in spatio illo ultra mundum sit & respondentem inducit Peripateticum, in eo degere Deum, quasi revelatum sit huic homunculo ubi Deus tandem degat & quæ sint illa loca inacçessa; nihil ergo definit *Brunus*, neque Deum divinis proprietatibus instructum negat quod universum caput docet. *Il a sur tout [inquit Cl. Vir] un souverain mépris pour les Prêtres & les Theologiens. Il en veut principalement a ceux de Wittemberg qui s'étoient aparemment le plus opposés a ses decouvertes Philosophiques. At quid si meriti sint contemptum? Wittembergenses peti non adeo certum est, p. 397. ita loquitur Brunus de quibusdam. Ut arrogantissimum est omne Grammaticorum genus. Non est rerum quantumlibet difficillimarum judicium, quod sibi pro logodædalæa sufficientia*

*ficientia jure optimo non usurpent. Et paullo post: Philosophi quoque de litibus definire dignantur; Ingre- diuntur ergo Academiam, conscendant suggestum, profe- runt in medium opiniones absque legitima partium præ- sentia & causæ dictione, quia omnia jura & lumina sunt in illo sacratissimo Archididascali pectore recondita; Exspectatur judicium, venit. In sequentibus indu- cit ejusmodi hominem negantem, lunam terræ nostræ similem esse, atque habitabilem. Contra tales excaudit bonus Vir. Quis nescit, omni tempore Grammaticos superciliosos & superstitio- sos quosdam Theologos, qui nunquam rationem rite excoluere, quoties nova opinio philosophica eaque innocua orta clamores tragicos sustulisse? quid Galilæo, Copernico, Cartesio aliisque contigerit, notum est; quod si duriusculum verbum vero Philosophiæ Studioso contra tales excidit, num id pro blasphemia habendum?*

*Pergit Cl. Vir dicendo: Je ne m'arrêteray point à copier les Passages ou Brunus nie en termes formels l'Existence de toute Divinité, ou il traite la Religion de Fable, ou il se moque de l'Écriture Sainte & de toutes les vérités du Christianisme. Quam vellem ut Cl. Vir loca illa perspicua, in quibus negasse di- citur existentiam Dei, adtulisset. Certe ita breve fuisset disquisitionis nostræ certamen; & mea opinione debuisset hoc facere. Quæritur enim, utrum Atheus fuerit Brunus, nec ne: hoc autem affirmat Cl. Vir; at ne ullum quidem protulit lo- cum, ad quos tamen in hoc argumento merito provocandum erat. Unum locum ex Lib. de Immenso & Innum. pag. 513. profert ad proban- dum, eum Religionem pro fabula habuisse. Ni-*

mirum extant hæc verba De Universo & Inanis.  
pag. 512.

*Fabula, quæ vitæ rationem evertit & usum.*

At Lector sine dubio cognoscere cupiet, de  
qua tandem Fabula sermo sit. Adferam igitur  
verba Bruni, licet prolixiora: Inscriptio cap. seu  
sectionis est. p. 511.

*Suppositiones Astronomorum factæ sunt positiones Phi-  
losophorum ad extremam usque Insaniæ speciem. Sicut  
Ægyptorum fabulis ex Mercurii vaticinio in Pimandro  
attendit. Post hæc ita pergit:*

*Adde, quod hæc primum studio conficta Mathesis  
Non sic ut caperet mundum in hac dispositura  
Comprehensum vere: sed certe ad commoditatem  
Doctrinæ facilis tandem qua computus esset.  
Porro ubi stultitiæ cæpit generosa propago  
Crescere & Ingenio implantatæ sunt magis alto  
Radices illæ cœperunt vera putari  
Mobilia atque anima motrice aut numine pulsa,  
Unde sibi ratio finxit phantastica Secla:  
Ut quondam Ægypto fuerant quæ fabula ut apte  
Objicer mentis quædam Mysteria possent,  
Perque quod in promptu est a sensibus omne remotum  
Aptius in signo vel imagine conciperetur,  
Usque adæo crassa tandem est Insania Vulgi.  
(Abdidit ut diu lux vultum) ad aucta  
Ut vitata etiam simulacra & fex populorum  
Verterit in proprii generis figmenta prophana  
Pessimum in Exemplum vitæ: atque inde sepulta est  
Lux ac per genteis invecata est fabula turpis,  
Barbaries genita est, seclum eveclum scelerosum,*

*Cui*

*Cui scire insanum est, crudelia & impie facta  
Sunt Pietas, & Religio est in Schismate mundanis  
Servare, atque super jura omnia tollere vires:  
Sic veri ac justii norma corrupta remansit  
Fabula, quæ vitæ rationem evertit & usam.*

Nescio certe, utrum, qui a præjudicatis opinionibus purgatum habet animum, ex his verbis obscuris possit colligere, Religionem omnem a *Bruno* explodi. Certe ego nihil tale deprehendo. Verisimilius est longe, *Brunum* in his verbis Ægyptiorum & postea Christianorum quorundam stultitiam taxare, qui adauctis imaginibus & variis figuris Religionem castam puramque in ludicram scenam transmutarunt. Saltem nemo diffitebitur, longe evidentioribus opus esse argumentis ad probandum, *Brunum*, Religionem Christianam pro fabula habuisse. Atque hæc sunt quæ *Cl. la Croze* in libro sæpius citato contra *Brunum* in medium protulit.

*Reliqua proxime.*

